

tio miraculosa fuit; nam subdit idem Medicus: Remedium hoc erat omnino contrarium; quia Oleum morbillis, & Variolis est adversum: unde cavetur à Medicis, ne corpora huiusmodi oleo tangantur; adauget enim oleum inflammationem, & putredinem.

21. **Oleum infernale** illud appello, quo strygæ, fagave, ac alii pessimi homines pactum, & commercium cum dæmone habentes solent se inungere profecturi ad diabolicos conventus, de quibus DD. congesti per Guaccium in *Compendio Maleficar. libr. 1. cap. 13.* ita differens: Sed sciendum est, quod priusquam vadant ad conventum unguunt se, sed quasdam corporis partes unguendo. *bonfædo ex variis rebus insulsumis: & enarratis prædictorum conventuum veteris tripudiis, allegat exempla ex Historiis collecta; & inter cætera de quadam muliere Sabinensis Diocesis, quæ hanc diabolicam artem profitebatur: & quam ejus maritus vidit quadam nocte se unguentem quodam unguento, quæ unctio peracta vidit illum celeritè quasi avens recedentem: & paulò infra ex Bartholomæo Spino Magistro Sacri Palatii Apostolici in *Q. de Strigib. cap. 17.* ita depromit: *Quadam puella, quæ cum matre Bergomi morabatur, inventa fuit nocte Venetiis nuda in lecto sui affinis. Et interrogata, quomodo illuc venisset, aut ibi esset, & quare? Plorans dixit: Hac nocte cum in lecto vigilarem, vidi Matrem meam, quæ me dormire putabat, surgentem de lecto, & exuta camilla, se quodam unguento perunxit, & statim in assumpto baculo quodam ibi preparato in modum equitantis ascendens extra fenestram deportata est. Tunc ego quoque de lecto surgens meum perunxi corpus, ut fecerat mater, & in hunc locum fui deportata, ubi matrem puero huic lecto decumbenti insidiantem vidi, & audientem eam mihi comminantem, nomen Domini JESU, & Matrem ejus invocavi, & ex tunc matrem non vidi; egoque hic nuda, & sola remansi. Prosequitur auctor prædictus narrando, quomodo per Inquisitorem Bergomen. capta dicta mulier confessa fuit commercium suum cum dæmone, & debitis penis punita. Qui plura de his diabolicis, infernalibusque oleis desiderat, legat *Delirium Disquisiti. Magic. & alios Criminalitates de Lamiis, ac Strigibus tractantes.***

22. **Oleum tandem Sacramentale**, est oleum de Olivis confectum, ab Episcopo in feria quinta Cœnæ Domini benedictum, à Christo Domino pro materia Sacramenti Extremæ Unctionis institutum, ut supra diximus; & latius in sequentibus demonstrabimus. Pro nunc tria corollaria ad hanc Decisionem sunt addenda circa hoc oleum Sacramentale. *Primum*, quod antiquitè tanta veneratione fideles, & Ecclesiastici conservabant illud, ut in columbis argenteis adinstar lampadarum pendentes supra fontes baptismales ipsum reponerent, ac tenerent, ut habetur apud Episcopum Sarnellium in *Basilicographia cap. 49. nu. 17.* Alterum quod hæretici semper odio profecti sunt Sacramenta Ecclesiæ, & materia Sacramentorum; hinc in Boemia Anno 1411. extincto Joanne Hus hæresiarum, & Hussitarum hæreticorum auctore, ex his furxite quadam secta nuncupata Orphanorum obdeperidit prædictum iniquissimum parentem; & hæc inter cætera flagitia in Templis, Sacras imagines, ac Sacerdotes, etiam Olea Sancta, & benedicta pro Sacramento Extremæ Unctionis conculcare non verebatur, atque iisdem Sanctis oleis ocreas, & calceos sibi inungere, ut scribit *Salleles de S. Inquisiti. libr. 3. cap. 17. Regula 285. num. 93.* Tertium denique est, quod dispensare olea Sancta Parochis, & Parochialibus Ecclesiis spectat ad Ecclesiam Cathedraliam; itaut ex hac dispensatione defumatur signum Cathedralitatis, ut advertit *Barbosa de Jure Ecclesiæ. Univ. libr. 2. cap. 5. sub num. 8. Frances de Ecclesiæ. Cathedr. cap. 19. num. 22.* & dicit *Rota Romana part. 18. recent. tom. 2. Decis. 196.*

DECISIO LXV. ARGUMENTUM.

Offenditur. Materiam remotam Sacramenti Extremæ Unctionis esse Oleum olivarum benedictum ab Episcopo. Circa quam proponuntur, & elucidantur sex difficultates, videlicet: An prædicta Episcopalis benedictio sit de essentia Sacramenti, vel tantum de præcepto Ecclesiæ? An ea fieri possit à simplici Sacerdote? An confici alia die, quàm Feria quinta Cœnæ Domini? An Oleo consecrato licitum sit addere aliud non consecratum? An Oleum Christmatis possit adhiberi in Extrema Unctione? Et an Oleum vetus benedictum præteritis annis? Eruditiones variæ de Calvini nequitia, de Ritibus Græcorum circa hoc Sacramentum. Responsa SS. Congregationum circa prædictum Oleum.

SUMMARIUM.

1. Materiam remotam Sacramenti Extremæ Unctionis quem sit?
 2. Olei appellationem venit oleum olivarum.
 3. Vocabula ambigua intelligi debent secundam communem usum loquentium.
 4. Oleum olivarum cur sit materia remota Extremæ Unctionis?
 5. Oleum infirmorum debet esse ab Episcopo benedictum.
 6. Benedictio olei an sit de essentia Sacramenti Extremæ Unctionis?
 7. Calvini irritat benedictionem Sacrorum Oleorum. Sperto voto suo solemnè castitatis Uxorem duxit.
 8. Materiam Baptismi, & Eucharistiæ etiam non benedicta facit Sacramentum.
 9. Olea Sancta an benedicti possint à simplici Sacerdote?
 10. Græci Presbyteri benedicunt oleum infirmorum statim antequam eos unguant.
 11. Consecratio Oleorum an alia die, quàm in Cœna Domini fieri possit?
 12. Oleo infirmorum consecrato an licitum sit addere aliud non consecratum? Opiniones tres.
 13. Opinionem probabilem sequi reliqua tutiore in Sacramentis est propositio damnata ab Innocentio XI.
 14. Hispanensis Archiepiscopi instantia ad S. Congr. Supremæ S. Inquisitionis de additione Olei infirmorum non benedicti Oleo benedicto. Et ejusdem S. Congreg. Responsum.
 15. Christma sacrum an possit esse materia Extremæ Unctionis? Duplex opinio.
 16. Oleum infirmorum vetus, id est anni præteriti, an adhibendum pro Sacramento Extremæ Unctionis?
 17. Olea sacra in Cathedrali Ecclesia sunt faciendæ. Dispensanda abique alla mercede, aut dono. Danda etiam Regularibus, & Monialibus.
- EX** definitione Sacramenti Extremæ Unctionis supra tradita, & ex his, quæ diximus circa varia oleorum genera, facile est intelligere, quod materia remota ejusdem Sacramenti est oleum olivarum ab Episcopo consecratum, seu benedictum. Quod sit oleum olivarum patet primò ex Verbis Divi Jacobi in *cit. cap. 5. 14. Ungentes eum oleo*; quævis enim non exprimat, quod oleum fit de Olivis; tamen ex communi usu loquentium de eo intelligitur locutus; appellatio enim olei venit oleum olivarum, quod homines communiter utuntur, non autem olea ex aliis rebus. 1. *Non omne. ff. de Penu legat. l. Si cui lana.*

lana. S. Lane. ff. de Legat. 3. Menochius lib. 4. Presumpt. 153. num. 4. & Barbosa de Appellat. Verb. appell. 178. quemadmodum cum dicitur, materiam Baptismi esse aquam, intelligitur aqua elementaris, & materia Eucharistiæ esse panem, & vinum, ex vi communis locutionis, & significatio intelligitur panis triticeus, & vinum ex Vite, ut bene considerat Emin. Card. de Lauræa de hoc Sacram. disp. 11. art. 3. num. 21. subdens, quod imò quoties aliquid vocabulum est dubium, intelligi debet secundam communem usum loquentium. *cap. Ex litteris. De Sponsal. & ex Concilio Lateranen. 3. In Appendice tit. de Interpret. Verb. cap. 3.* Secundò patet ex auctoritate Concilii Florentini, in quo Eugenius IV. in Decreto Unionis Armenorum, quod legitur in ejus *Constit. 19. Incipien. Exultat. S. 14.* ita inquit: *Quintum Sacramentum est Extrema Unctio, cujus materia est Oleum olive.* Tertiò ex praxi Ecclesiæ Romanæ, quæ semper in ministerio hujus Sacramenti usa est oleo olivarum, ut constat ex omnibus antiquis Ritualibus. At circa doctrinam de Sacramentis non est aliter sentiendum, quàm sentiat Romana Ecclesia. *cap. ad abolendam. De heretic. Et quartò*, quia oleum olivarum aptissimè demonstrat effectus, quos hoc Sacramentum operatur in suscipiente illud, ut optimè differit S. Thomas in *Sumptem. q. 29. art. 4.* quos quidem effectus alia olea exprimeret non valent. *Gonet. tom. 5. tract. 6. de Extr. Unct. disp. 1. n. 19. & novissimè Ivenin tom. 2. Dissert. 7. de eod. Sacram. q. 3. cap. 1. Vers. Quæres primò.* Quòd autem hujusmodi oleum, ut sit materia remota prædicti Sacramenti, debeat esse ab Episcopo consecratum, seu benedictum, constat: 1. Ex epistola Innocentii Primi ad Decentium Episcopum, ubi ait, *Quo (oleo) ab Episcopo confectò, non solum Sacerdotibus, sed omnibus ubi christianis licet in sua, aut suorum necessitate inungendo.* 2. Ex S. Gregorio Magno, qui de hujus olei consecratione agens in suo Sacramentario, ita ait: *Tunc offertur Pontificale oleum, & benedicit illud tam ipse, quam omnes Presbyteri, ad unguendum infirmis his verbis: Emitte hoc. Ut tua benedictio sit omnino hoc unguentum tangenti sustinentur mentis, & corporis.* Et legitur etiam in *lib. 1. Sacrament. Rom. Eccl. for. 5. in Cœna Dom. pag. mihi 69. 3. Ex Concilio Cabilonen. can. 48. ibi: Infirmi oleo, quod ab Episcopo benedicitur, à Presbyteris ungi debent.* 4. Quia ab Hincmaro Episcopo Rhemeni in capitulis apud Sirmundum *tom. 3. Concil. Gall. hoc oleum appellatur Oleum Sanctum.* 5. Nam Jonas Aurelianus *lib. 3. de Insuper. laic. nominat ipsum Oleum sanctificatum.* 6. Ab Eugenio IV. in *d. Constit. 19. Exultate S. 14.* dicitur *Oleum olive per Episcopum benedictum.* 7. Pariter à Tridentino Concilio *De Extrem. Unct. cap. 1.* definitur, materiam (ejusdem Sacramenti) esse oleum ab Episcopo benedictum. 8. Ob antiquissimam traditionem jam tunc ex Apostolorum temporibus in Ecclesia custoditam, & à Sancto Fabiano, qui anno 238. fuit creatus Papa, ordinavit; dum Epistola secundis cunctis Episcopis ordinavit, ut quotannis feria V. in Cœna Domini, veteri combusto Sacro oleo, novum consecreret; quæ habetur in *tom. 1. Concilior. pag. mihi 376. atque in cap. Litteris 18. de Consecr. disp. 3. & legitur in Breviario Romano; quæ etiam loquatur de Sacro Christmate, intelligenda est etiam de aliis sacris oleis; tum quia Christma significat unctioem, ut dictum est supra *Decis. I. num. 2.* tum etiam quia ibi Sanctus Pontifex loquitur de mysterio unctiois sacre, quæ adhibetur in baptismate, scilicet oleo Catechumenorum. De hac autem antiquissima traditione præter S. Fabianum Papam testantur SS. Patres, quos allegat Eminentiss. Card. de Lauræa *d. disp. 11. num. 27. & 28. & meminit Cæltaldus in Praxi Cæremon. lib. 3. sect. 6. cap. 8. num. 1.**

Porro circa hanc materiam remotam hujus Sacramenti, scilicet oleum olivarum ab Episcopo consecratum, seu benedictum, Scholastici movent nonnullas difficultates, quas hic breviter referere oportet ad perfectam studentium instructionem.

Prima difficultas est an consecratio, seu benedictio prædicta sit de essentia Sacramenti Extremæ Unctionis? vel tantum de præcepto Ecclesiæ? aded ut, si quis ungeret infirmum oleo olivarum non consecrato, neque benedicto per Episcopum, an faceret Sacramentum validum; vel invalidum?

Circa hanc difficultatem Valdenses hæretici, qui omnem consecrationem, ac benedictionem tum Pontificum, tum Sacerdotum repuebant in quocumque Sacramento, ac Sacramentali, etiam hanc olei pro Extrema Unctione reprobabant, teste Philedorfio *lib. contra Valdenses cap. 25.* quos secutus est Joannes Calvinus, qui hujus olei consecrationem suis dicitur læcessit *lib. 4. Instit. cap. 29.* ita scribens: *Jacobus dum simpliciter inungi infirmos jubet, non 7 aliam unctioem mihi significat, quàm vulgaris olei; nec aliud habetur in Marci narratione. Ipsi oleum non dignantur nisi ab Episcopo consecratum; hoc est multo hactenus colesatum, multo mirum incantatum, & novies flexu salutatum.* At nil mirum si hæresiarum veritatem Catholicam odio habens, consecrationem olei infirmorum contempserit; qui etiam votum suum solemne castitatis, in Sacri Ordinis susceptione emissum conculcavit, dum Sacerdos quadragenarius accepit in uxorem adolescentulam Gevenentem ad explendam libidinem, & ex ea filium genuit, quæ ipso defuncto anno 1564. nuptis ege- no bibliopolæ; ut fusiùs narrat Gregorius Letus *Epist. tom. 1. in Epist. 24. & seqq.* ubi prædicti Calvinii vitam, vitia, ac enormitates pessimi magistri malus discipulus contestatur. De Calvinii obitu hæc ponit Cornelius à Lapide in *Comm. Apoc. cap. 19. Vers. 21. Calvinum scribit Beza, phtis, colica, æstimate, calculo, postagra, hemorroidibus, vexatum. Accessit morbus pedicularis, qui totum corpus perforasti; ac scitissimum ulcus circa verenda. A veribus ergo corrosus expiravit instar Herodis, Hunerici, Maximiani, & Antiochi Epiphanis acerrimorum persecutorum Christi, & Ecclesiæ. Ita Hier. Boleus Medicus in *Vita Calvinii c. 22.* At heterodoxis relicti, alii ex Catholicis opinantur consecrationem in oleo infirmorum esse tantum de præcepto, & moventur exemplo materiæ remotæ baptismi, nempe aquæ elementaris; nec non sacramentæ Eucharistiæ, videlicet panis triticeus, ac vini; nam in utriusque præcedere debet benedictio, & sanctificatio; nihilominus, si hac omiſsa, Parochus eas adhibeat vel ad baptismandum, vel ad Eucharistiam consecrandam, utique valide baptizabit, & Corpus ac Sanguinem Domini conficiet; quia eandem materiam sanctificatio, ac benedictio præcedens est tantum de præcepto, non autem de essentia ipsorum Sacramentorum. *cap. 5. qui. De Consecrat. disp. 4.* Ita argumentatur *Glossa in cap. 2. disp. 95. & docent Victoria in Summa de Sacrament. num. 216. Sà Verb. Extrema Unctio. Setarius, Ledesma, & alii, quos citat, sed reprobant Diana Coordinatus tom. 2. tract. 4. resol. 10. tract. 16. resol. 81. nec non Mairius in 4. Sent. d. disp. 6. num. 26. Alii verò DD. tam antiqui, quàm moderni tenent Episcopos benedictionem esse de Sacramenti essentia; sine qua irrita esset Extrema Unctio, & eorum fundamentum sumitur ex Conciliis, Patribus, & Ecclesiæ traditione; siquidem tam Florentinum, quàm Tridentinum Concilium pro materia necessaria hujus Sacramenti expressè, & absolute assignant oleum ab Episcopo benedictum, & ita etiam loquuntur Innocentius Papa I. *in cit. Epist. ad Decentium, & Innocentius III.***

in cap. cum venisset. De Sacra Unct. quo loquendi modo non tantum denotant obligationem precepti, sed etiam de necessitate Sacramenti; non enim loquuntur quasi ex se precipiendo, sed tamquam docendo id, quod ex ipsa institutione necessarium est. Ita cum Scototenant Faber, Hiqueus, Poncius, Aretinus, & alii citati à Maffrio d. disp. 6. num. 27. quibus adhæret Emin. Cardin. de Lauræa ead. disp. 11. num. 27. & segg. & cum S. Thomæ Valentia disp. 8. q. 1. punct. 2. in privæ. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 40. sect. 1. num. 3. Layman lib. 5. tract. 8. cap. 2. num. 2. & alii, quos allegat, & sequitur Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 4. resol. 1. §. 1. Quibus addo Gonetum d. tom. 5. tract. 6. disp. 1. art. 2. num. 25. Gobatum in Theolog. Experim. tract. 8. nu. 784. & Salmaticenses de Sacram. in gen. tract. 7. cap. 2. num. 6. Qui omnes respondent, non concludere exemplum aquæ pro baptismo; ac panis, & vini pro Eucharistia; nam prædictæ materiæ fuerunt elevatæ, ac dedicatæ à Christo Domino ad prædictos effectus tactu suæ mundissimæ carnis, tum quando fuit ipse baptizatus in Jordane; tum quando in ultima Cæna accepit panem, & vinum in sanctas, ac venerabiles manus suas. Nec urget, si quis recipit, verisimile esse, quod Christus Dominus in toto cursu vitæ suæ tetigerit aliquando etiam oleum. Quia responderetur, non sufficere qualemcumque Domini tactum, ut res ab eo tacta constitatur materia apta alicuius Sacramenti; multa enim tetigit, quæ Sacramentorum materiæ non sunt; sed requirit tactum ad hunc finem applicandi talem rem, ut sit materia apta alicuius Sacramenti, prout fecit tangendo aquam in Jordane, & panem, ac vinum in cæna; tunc enim respectivè instituit, atque dedicavit materiam Baptismi, & Eucharistiæ. Ita Maffrius d. disp. 6. num. 28. & 29. rectè ulterius subdens, quod benedictio aquæ pro Baptismo est quod essentialiter, idè hæc abesse non potest, quamvis illa omitti valeat. Hinc Pignatellus tom. 2. consult. 70. prop. finem advertit, esse propositionem temerariam, ac errori proximam asserere, quod licitum sit administrare Sacramentum Extremæ Unionis oleo ab Episcopo non benedicto, & hoc idem antea scriperunt Nugnus in 3. part. tom. 2. §. 29. art. 6. conclus. 1. & Suarez tom. 4. disp. 40. sect. 1. num. 6.

Secunda difficultas est; an huius olei necessaria benedictio adeo propria sit Episcoporum, ut neque ex dispensatione, & commissione Summi Pontificis fieri possit à simplici Sacerdote? Et non posse fieri ab alio, quam ab Episcopo, etiam de mandato Papæ tenent DD. quos citat Maffrius d. disput. 6. nu. 30. ea ratione, quia Concilia, quæ definiunt materiam Sacramenti Extremæ Unionis esse oleum benedictum ab Episcopo, id absolute, & absque ulla limitatione asserunt; quod non faciunt, ubi loquuntur de Ministro Sacramenti Confirmationis; de eo enim dicitur, ordinariè esse Episcopum, & ex hoc modo dicitur colligitur, quod ex commissione Papæ potest dari minister extraordinarius eiusdem Sacramenti Confirmationis, nempe simplex Sacerdos. Igitur cum desit hæc limitatio, & restrictio circa benedictionem olei, & ea absolute faciendâ dicatur ab Episcopo, deducitur, non posse simplici Presbytero delegari. Nihilominus contraria sententia est communior apud Theologos utriusque Scholæ, qui hanc delegationem fieri posse à Papa concedunt non solum in Consecratione olei infirmorum, sed etiam Chriftinatis; ut probavimus supra agendo de Sacram. Confirm. Decis. LIV. num. 10. ex auctoritate Maffrii in Theol. Moral. disp. 17. num. 7. & in 4. sent. disp. 2. à num. 228. Gobati tract. 2. num. 745. & Eminent. Card. de Lauræa de Sacram. Confirmat. disput. 2. art. 3. per totum. Fundamentum huius opinionis

affirmativæ est, quia Clemens Papa VIII. in sua Constit. 34. diei 31. Augusti à 1595. Incipit Sanctissimus etc. circa ritus Græcorum §. 3. ita decernit: Non sunt cogendi Presbyteri Græci olea sancta, præter Chriftina, ab Episcopis Latinis Diocesis accipere, cum huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum, & Sacramentorum exhibitione, ex veteri Ritu consecratorum, seu benedicuntur. Igitur cum ex antiquissima consuetudine Orientalis Ecclesiæ per Papam approbata, oleum infirmorum benedicatur à Presbyteris statim ante administrationem Sacramenti Extremæ Unionis, absque dubio etiam in Ecclesia Latina talis benedictio committi poterit per Summum Pontificem simplici Sacerdoti; ut docent ex Thomistis Gonet d. tom. 5. tract. 6. disp. 1. num. 26. atque ex Scottis Maffrius in 4. sent. d. disp. 6. nu. 31. ubi uterque refert testimonium Arcudii in libr. 5. de Sacram. cap. 2. de eadem consuetudine sic differrentis: Chriftina apud Græcos solus Episcopus consecrat, & diu asseruntur: oleum autem infirmorum tunc temporis benedicuntur, quando ager ungentibus est: ut etiam benedicuntur aqua, & oleum catechumenorum, quando quis apud Græcos baptizatur. Cur autem non assereretur, ratio est; quia cum sit commissum Presbyteris, possunt illi pro necessitate quovis tempore illud consecrare, & simul administrare; ut à contra Chriftina diutius asserunt, quod carere facultate illud consecrati. Sequitur ex his ex sola commissione Episcopi non posse simplicem Sacerdotem olea infirmorum, seu catechumenorum benedicere; unde bene asserit Marcantius in Resol. Pastor. tract. 6. de Sacram. cap. 4. in fine; & Gobatus d. tract. 8. num. 790. inutilem prorsus fuisse precationem illam, quam quidam Parochus addendo oleum non benedictum oleo infirmorum benedictio pronuntiavit his verbis: Hæc commixtio olei non consecrati cum consecrato pariter fiat in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; in ea enim plus fuit sanctæ intentionis, quam veræ potestatis ad illud additum oleum sanctificandum; quia neque Chriftus, neque Ecclesia tribuit huius precationi vim faciendi Sacrum è non Sacro; quod etiam tenet Lessius in 3. part. D. Thomæ De Sacram. Extrem. Unct. cap. 1. dub. 4. §. 5. num. 10. & cum Conincho, & Dicaillio Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 4. resol. 1. §. 1. col. 2. in fine.

Tertia difficultas est, An hæc benedictio oleorum 11 per Episcopum faciendâ possit ob legitimum impedimentum fieri alio die, quam in Cæna Domini; puta in Dominica in Albis, in Sabbato Pentecostes, vel die alia? Respondet ad hanc difficultatem Pignatellus tom. 6. consult. 41. quod Sanctus Fabianus Papa in cit. Epist. 2. ad Episc. Oriental. quæ legitur etiam in can. Litteris. De Consecr. dist. 3. scribit errare Episcopos, qui alia die quam in Cæna Domini consecrant olea; quia à Sanctis Apostolis traditum est ea die esse faciendam; vel quia Maria Magdalenæ ante biduum Paschæ caput Domini, ac pedes unxit unguento nardi pistici pretiosi, ut confiderat S. Eligius Episcopus Noviomensis Homil. 8. in die Cæne Dom. ad Cler. & Pleb. vel quia eadem die Chriftus Dominus postquam instituit Eucharistiæ Sacramentum, & fecit Apostolos Sacerdotes, eisdem docuit illam consecrationem pro Sacramentis Confirmationis, & Extremæ Unionis peragere; idcirco semper servatum est in Ecclesia Catholica, ut in prædicta die Cæne Domini consecraretur, ut legitur etiam in cap. Te referente. De celebrat. Missar. & hæc de causa Suarez in 3. par. D. Thom. disp. 32. sect. 2. videtur sentire, hunc ritum pertinere ad substantiam eorumdem duorum Sacramentorum.

Nihilominus ob legitimum impedimentum posse olea Sancta consecrari etiam alia die de licentia Sedis Apostolicæ tenet idem Pignatellus d. consult. 41. num. 31. ubi ita concessum fuisse testatur à S. Con.

S. Congregatione de propaganda fide Archiepiscopo Antibrariensi (Antibrarum vulgò Anivri est Urbs Dalmatiæ apud oram maris Adriaticæ, sed sub Turcis) die 2. Aug. 1625. sub conditione Si Sanctissimo placuerit; subdens, quod Sedes Apostolica facultas dispensat, ut prædicta consecratio fiat cum minori numero assistentium Ministrorum, ubi eorundem est penuria, quam ut in alia die extra feriam quintam in Cæna Domini consecratur. Sed hæc locum habent potissimum in partibus infidelium, ubi Episcopi paucos Sacerdotes, Diaconos, ac Subdiaconos habent; siquidem in nostris regionibus catholicis, cum præfati assistentes non desint, opus non est differre consecrationem ad aliam diem; quod si Episcopus infirmetur, facilis est recursus ad alium Antistitem viciniorum, ut frequenter videtur prædicatum in hac Cathedrali Patavina.

Quarta difficultas est, an sit licitum Oleo infirmorum consecrato, si defecere incipiat, addere aliud oleum non consecratum, ut sic sufficiat toto anno pro administratione Sacramenti Extremæ Unionis? Circa hæc difficultatem tres reperitur opiniones Doctorum. Prima est, quod licet addere oleum non consecratum consecrato, etiam si maior sit quantitas non consecrati; quia cum magis dignum trahat ad se minus dignum, tota illa maior quantitas olei non consecrati ratio vice addita, seu infusa, statim fit consecrata. Ratio etiam alia Philosophica est, quia quando duo liquores, qui admiscuntur, sunt eiusdem speciei habentque qualitates individuas, les valde similes ejusdem virtutis, & vigoris, ut duo vina alba, vel duo olea, non fit verè mixtio, vel corruptio inter utrumque; sed unio, & continuatio reciproca ambarum partium, & in eas omnes transit qualitas consecrationis sic permittente Ecclesia, ut habetur in cap. Quod in dubiis, 3. De Consecrat. Eccl. vel Alarici, ubi Innocentius III. interrogatus respondit: Nec negamus, quin oleum non consecratum consecrato possit oleo commisceri. Et ita tenet Inojosa in Director. Decis. Regular. Verb. Baptismus, fol. 49. rursus verba refert Diana par. 1. tract. 3. resol. 156. translata in ejus operis Coordinati tom. 2. tract. 4. resol. 3. Secunda opinio est, licitum esse additionem olei non consecrati etiam in quacumque magna quantitate oleo consecrato, & totum evadere consecratum, dummodo tamen additio fiat non unica vice in majori quantitate, sed pluribus distinctis vicibus, vel ut dicunt guttatim; siquidem addita minori quantitate olei non consecrati, maior quantitas olei consecrati absorbet illam minorem in se; & communicat ei suam qualitatem, & fit totum sacrum, ac benedictum. Subindè si reiteretur pluries additio non consecrati in minori quantitate, semper operatur eundem effectum; etsi computatis omnibus additionibus quantitas olei ad Episcopum consecrati remaneat minor respectu additi pluribus vicibus olei non consecrati. Et ita tenent Lessius, Bauny, Candidus, Leander, ac alii, quos citat, & sequitur Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 4. resol. 4. desumpta ex veteri part. 9. tract. 6. resol. 43. & alii plures congesti à Gobato tract. 8. num. 786. ac novissimè à Biffo in Hierurgia Sacra tom. 2. Verb. Materia Sacramentorum num. 107. §. 56. nec non à Cardena in Crisi Theologica Dissert. 2. cap. 7. num. 468. Tertia opinio contraria superadditum est, posse fieri additionem prædictam vel semel, vel pluries, ita tamen ut oleum ab Episcopo benedictum semper remaneat in majori quantitate; ipsi quoque non benedictum oleum superadditum non attingat ad quantitatem benedicti ab Episcopo; aliàs destrueretur benedictio ipsa, & oleum remaneret materia inepta ad consecrandum Sacramentum. Ratio est, quia si major pars sit olei non benedicti, destruitur minor pars benedicta, sicut, si vas aquæ benedictæ projiciatur in mare, non fit benedictum totum mare; sed perditur benedictio aquæ projectæ. Hinc Rituale Romanum à Paulo V. approbatum de Sacram. Extremæ Unct. ait: si foris (oleum benedictum) intra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur; neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto in minori quantitate, quæ sufficiens esset pro totius anni decursu, superfuso reparari potest. Ubi illa verba modico oleo non benedicto; & in minori quantitate videtur oleum non benedictum, quod sive semel, sive pluries addatur oleum non benedictum, hoc nunquam debeat superare primam quantitatem olei ab Episcopo benedicti, cui facta est additio. Et ita docent Melchior Zambranus de Casib. occurrent. in artic. mortis cap. 5. dub. 5. n. 3. Quintanadvenas de Sacram. tract. 5. §. 1. num. 4. Tambur. lib. 6. de Sacram. Extr. Unct. cap. 1. §. 2. num. 2. & Gobatus d. tract. 8. num. 786. & 787. ubi hæc opinionem vocat tutiorem, quamvis secundam dicat esse probabilem; illamque præter omnium Porochorum sequatur, & multarum Diocesium Synodalia decreta concedant.

Verùm, quia inter propositiones damnatas ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. prima ita asserbat: Non est illicitum in Sacramento conferendis se qui opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore; vehementer scrupulos invast animam Illustrissimi, ac Reverendissimi D. D. Ambrosii Ignatii Spinulæ de Guzman Archiepiscopi Hispanensis, vulgò di Siviglia, super prædicta praxi suæ amplissimi Diocesis; idè fecit recursum ad Sacram Congregationem S. Inquisitionis Romæ, ac ei porrexit sequentem supplicem libellum:

Eminentissimi, & Reverendissimi Domini.

Cùm statutum fuerit Decreto istius Sacræ Congregationis dato die 2. Martii 1679. super damnatione sexaginta quinque propositionum, circa valorem Sacramenti non debere deduci ad praxim opinionem controversiam, relicta tutiore, & cùm sit opinio controversia inter Theologos, an ad suppleendum Oleum benedictum, quod defecere, sit licitum ad jungerem non benedictum pluribus vicibus, taliter quod Oleum adjunctum consideratur separatim, & in unaqueque admixtione sit in minori quantitate, quam Oleum benedictum; quamvis consideratis omnibus additionibus simul fiat major quantitas non benedicti; hinc natum est dubium in Diocesi Hispanensi, in qua propter ejus Diocesis amplitudinem est impracticabile benedicere tantum oleum, quod sufficiat sine additione non benedicti, an sit licitum facere præfatam additionem ad Oleum benedictum; cum sint multi Theologi, qui opinionem negativam censent tutiorem. Quare ut habeatur resolutio hujus dubii Archiepiscopus Hispanensis devotissimus hujus tor fecit portigii Eminentissimi Vestris libellum consultivum, in quo referentur opiniones Theologorum super hoc dubio. Sed quia non habuit adhuc ejus declarationem; idè orat Eminentias Vestras, ut dignentur eam sibi notam facere pro securitate, & quiete conscientie propriæ, & gregis sibi commisi.

Feria Quarta die 23. Septembris 1682. In Generali Congregatione Sancti Officii habita in conventu S. Mariæ super Minerva coram Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Lesio supradicta memoriali, Eminentissimi, & Reverendissimi DD. Cardinales Inquisitores prædicti decreverunt in casu proposito, Post.

Franciscus Ricardus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Attenta itaque præfenti declaratione hujus Sacræ Congregationis secunda, & tertia opinio remanet tutior, ac

13

14

15

G 4 ta, ac

ta, ac practicabilis; non autem prima, ut differit Cardenas dicta Dissert. 2. cap. 7. §. 1. num. 484. & seqq. ubi eandem declarationem transcribit.

Quinta difficultas est: An Sacrum Chrisma, idest oleum, in cujus consecratione ab Episcopo adjunctum est balsamum, sit materia sufficiens Sacramenti Extremæ Unctionis; ita ut deficiente oleo sacro infirmorum, possit infirmus ungi oleo sacro Chrismatis? Circa hanc difficultatem quæ sunt opiniones. Una affirmat, ea ratione, quia balsamum adjunctum est in modica quantitate, & non destruit naturam olei; ideò sicut parvus liquor additus aquæ non impedit, eam esse materiam sufficientem baptismi, & sicut parva aqua admixta vino non reddit ipsum ineptum ad consecrationem Calicis; ita parvum balsamum additum oleo non facit, quin non sit materia apta Extremæ Unctionis. Ita Suarez in 3. par. tom. 4. disp. 40. §. 1. num. 10. Gonetus d. tom. 5. tract. 6. disp. 1. num. 23. Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 4. resol. 2. quæ in veteri est par. 10. tract. 11. resol. 15. ubi §. 2. alios DD. cumulat. Et ex modernis Gobatus d. tract. 8. num. 785. Maffius in 4. sent. d. disp. 6. num. 24. Emin. Cardin. de Laurea De Sacram. Extr. Unctionis d. disp. 11. num. 30. & seqq. ubi ait, ita probabilissimè defendi posse, & Biffus d. tom. 2. Verb. Materia Sacramentorum §. 46. & 47. Alia opinio negat; non ex eo, quod balsamum mutet naturam olei; sed quia benedictio Chrismatis apta non est ad constituendam materiam sufficientem pro Sacramento Extremæ Unctionis. Nam est benedictio olei infirmorum non fuerit Christo Domino quo ad formam specialiter præscripta, credendum est quoad intentionem præscriptam esse; benedictione enim deputatur materia ad Sacramenti usum. Cum ergo non deputetur Chrisma benedictione Chrismatis pro Sacramento Extremæ Unctionis, sed pro Sacramento Confirmationis; non videtur censendum ex illa benedictione esse oleum infirmorum benedictum. Ita sentit Bonacina de Sacram. Extr. Unct. tom. 1. disp. 7. punct. 2. num. 5. Reginald. lib. 28. num. 50. Castropalaus tom. 3. tract. 26. punct. 2. num. 11. Layman lib. 5. tract. 8. cap. 2. num. 3. Cotonius lib. 2. controv. 15. num. 14. subdens quod hæc olea, scilicet Chrismatis, Catechumenorum, & Infirmorum secundum æstimationem moralem, & usum Ecclesiæ specie differunt. Novissimè doctissimi Salmanticenses De Sacramentis in genere tract. 7. cap. 2. num. 9. ubi allegantur Aversa, Valentia, Card. Bellarminus, Vivaldus, Nugnus, & Leander ita docentes. In hac contrarietate ad hærendum censeo huic opinioni secundæ, & à prima in praxi abstinendum; siquidem, etsi sit probabilis ob gravium Doctorem placitum, tamen cadit sub censura prædictæ primæ Propositionis damnatæ ab Innocentio XI. ut bene considerat Cardenas in Crisi d. Dissert. 2. cap. 7. num. 494. Sed quod, si per errorem Parochus unxisset infirmum oleo Chrismatis, vel oleo Catechumenorum? Nihil esse repetendum respondet Layman d. lib. 5. tract. 8. cap. 2. num. 4. & Cotonius d. Controv. 15. num. 15. cum pluribus resolutionibus Dianæ ibi citatis, quia, ajuat, hoc non est Sacramentum necessitatis, & repetitio non fieret sine scandalo. Ita Diana Coordinatus d. tom. 6. tract. 4. resol. 1. §. 2. resol. 2. §. 3. & resol. 7. in fine.

Sexta tandem difficultas est; an possit administrari Sacramentum Extremæ Unctionis oleo benedicto veteri, idest annis præteritis consecrato? Et respondet DD. validè posse, non autem licitè; quia singulis annis vetus oleum Sacrum est comburendum, & novum consecrandum feria Quinta Cœnæ Domini. cap. Mitteris. de Consecrat. dist. 2. At in casu necessitatis deficiente novo, poterit adhiberi oleum benedictum vetus, ut respondit S. Congregatio Episc. 20. Maii 1590. apud Gavantium in Manuali Verb.

Extrema Unctio num. 10. & docet Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 4. resol. 8. §. 1. ubi DD. cumulat; quibus ad hærent Salmanticenses d. tract. 7. cap. 2. num. 10. & 11.

Corollarii loco tria sunt notanda circa hujus Sacramenti materiam remota: Unum, quod consecratio oleorum faciendæ est ab Episcopo in Ecclesiâ Cathedrali. cap. Referent. de Celebrat. Miss. Emin. Caid. de Luca in Miscellan. Ecclesiast. Diss. 26. nu. 4. quod etiam præcepit S. Congr. Concilii die 21. Junii 1614. de qua Nicolius Canonie. Lucubr. tom. 2. lib. 1. tit. 15. §. 1. col. 2. ubi advertit, quòd si in ea non sit sufficiens numerus Sacerdotum, possunt vocari ex aliis Ecclesiis Civitatis, vel Diocesis ad interendum, etiam Regulares, si exerceant curam animarum. Ead. Sacra Congreg. ad Episc. Felven. die 5. Febr. 1602. Nam consecratio prædicta faciendæ est omninò juxta formam Pontificalis Romani. Sacra Rituum Congreg. in Laurentiana 9. Maii 1606. de qua Barboza Apostolic. Decif. Collect. 537. num. 8. Alterum notandum est, quòd Episcopi non debent permittere, ut in distributione oleorum Sanctorum, ab eorum ministris recipiantur ova, candelæ, vel aliquid aliud temporale. Can. Placuit. Et ibi Gloss. 1. quest. 1. non obstante quacumque contraria consuetudine, quæ censetur gravis abusus, S. Congr. in Geracen. 6. Septembr. 1604. apud Nicolium d. tit. 15. num. 3. Tertium est, quòd Oleum infirmorum benedictum est distribuendum etiam Regularibus, atque Monialibus in Civitate, ac Diocesi Monasteria habentibus, ut illud servent in eorum Ecclesiis pro usu ipsorum usum, ut ex pluribus decretis S. Congr. ostendit idem Nicolius ubi supra. num. 4. & extat Constitutio Clementis VIII. incipien. Exponi Nobis. la 57. in Bullar. Romano tom. 3. pag. 54.

DECISIO LXVI

ARGUMENTUM

Explicatur Materia proxima Sacramenti Extremæ Unctionis: Et quot Unctiones de ejus essentia sint faciendæ. Referuntur varii usus antiqui ungenti alias partes corporis præter quinque sensus. Ritus Ecclesiæ in Sacramento immutari non debent. Extrema Unctio quomodo sit Sacramentum Unum, & etsi ad quamcumque Unctionem sit repetitio formæ? Unctiones ipsæ an sint faciendæ sub Signo Crucis de necessitate Sacramenti? vel de Præcepto Ecclesiæ? Eruditiones plures de virtute Signi S. Crucis contra Diabolum. Ritale Romanum habet vim legis.

SUMMARIUM

- 1 Materia proxima Extremæ Unctionis quæenam sit?
- 2 Unctiones quot sint necessariæ ad validitatem hujus Sacramenti?
- 3 Ritale Romanum quot Unctiones præscribat?
- 4 Moniales, & Religiosæ in Germania non ungentur oleo Sancto in pedibus.
- 5 Venetiis olim Unctio Extrema fiebat etiam in capite, in pedibus, & in scapulis. Alibi vero etiam in umbilico, & in collo.
- 6 Græci unguunt faciem ægroti in Extrema Unctione.
- 7 Opinionis quinque circa numerum Unctionum in hoc Sacramento?
- 8 Fœnerare Animæ sunt sensus corporis.
- 9 Opinio que sequenda, & quæ non circa numerum Unctionum?
- 10 Omittit aliquas Unctiones in Sacramento hoc quando licet?
- 11 Ritus Ecclesiæ Catholicæ in Sacramentis non sunt mutandi, vel omittendi sub Anatomatis pœna.
- 12 Propositio damnata de materia minus probabilis in Sa-

in Sacramento non procedit, ubi probabilior haberi non potest.

- 13 Unum, vel plura Sacramenta an sit Extrema Unctio? Et an unione indivisibilitatis? vel unione integrati?
- 14 Crucis signum in ungento infirmum oleo Sancto an sit de essentia Sacramenti? vel de Præcepto Ecclesiæ? & num. 17.
- 15 Crucis signum in benedictionibus, ac Sacramentis ex Apostolica traditione est à Christo.
- 16 Diabolus contremiscit ad signum S. Crucis.
- 18 Omittit signum Crucis in Extrema Unctione mortale peccatum est.
- 19 Ritale Romanum habet vim legis, & obligat sub præcepto.
- 20 Debet Verbum importat necessitatem.
- 21 Hortatur Verbum in re gravi dictum à Superiore est præceptivum.

Post materiam remotam, de qua egimus supra, sequitur explicanda materia proxima hujus Sacramenti Extremæ Unctionis; circa quam omnes sentientes conveniunt, quòd sit ipsa Unctio corporis infirmi oleo benedicto facta per Presbyterum. Probationes hujus materiæ proximæ sunt plures, & evidenter. Primum: Quia Apostolus Jacobus dixit: Ungentes cum oleo in nomine Domini. Jac. cap. 5. Ergo actualis unctio, quæ fit per contactum corporis infirmi cum prædicto oleo, est proxima materia perficiens Sacramentum. Secundo: Quia Concilii Trid. sess. 14. de Sacram. Extr. Unct. cap. 1. statim nominata materia remota, quæ est oleum benedictum, addit, quòd Unctio aptissima Spiritus Sancti gratiam, quæ invisibiliter ægrotantis animæ inungitur, representat. Certum est autem illam esse materiam proximam, quæ causat effectum Sacramentalem, videlicet gratiam. Igitur Unctio est materia proxima, quia ipsa est, quæ operatur infusionem gratiæ. Tertio: nam omnium Sacramentorum consistentium non in re permanenti, sed in usu, materia proxima est applicatio materiæ remotæ: ut ablutio cum aqua in baptismo, unctio cum Balsamo in Confirmatione, & contactus instrumentorum in ordine. Sic in Extrema Unctione ipsa applicatio olei benedicti per Unctionem infirmi cum debita forma, & intentione facit Sacramentum, quia Unctio est materia proxima; ipsum autem oleum benedictum donec fiat in Vase, vel super digitos Sacerdotis non est Sacramentum; prout Sacramentum non est aqua benedicta, quæ servatur in fonte baptismali. Quarto: quia, ut ait Scotus in 4. Sent. dist. 23. Q. Unct. sub D. magna est congruentia, ut Unctio ipsa sit materia proxima Sacramenti, ob expressam significationem effectus ejusdem Sacramenti. Nam, sicut exterior Unctio vulneris fit ad sanandum vulnus, ita Unctio Sacramentalis interior sanat animam à culpâ venialibus; ut differunt DD. quos allegant, & sequuntur Salmanticenses de Extr. Unct. tract. 7. cap. 2. num. 13. Eminentiss. Card. de Laurea d. disp. 11. art. 4. & Maffius tum in 4. Sent. disp. 6. num. 122. tum in sua Theolog. Morali disp. 22. n. 19. Porro quia nonnullæ difficultates excitantur à Scholasticis circa hæc proximam Extremæ Unctionis materiam, quæ scitu sunt dignæ; ideò eas breviter duxi referendas.

Prima difficultas est de numero Unctionum; scilicet quot Unctiones sint necessariæ de essentia, & ad validitatem hujus Sacramenti? Pro intelligentia difficultatis notanda sunt duo. Unum, quòd ex præscripto Ritualis Romani, Papæ Pauli V. justè editi, septem corporis partes, ut plurimum sunt inungendæ, ut ordinat Rubrica ejusdem Ritualis, ita dicens: Quinque vero corporis partes præcipuè ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe, oculi, aures, nares, os, &

manus; at tamen pedes etiam, & renes ungenti sunt; sed renes unctio in mulieribus honestatis gratia semper omittitur; atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest. Quæ ordinatio concordat cum Bulla Eugenii IV. emanata in Concilio Florentino in Decreto union. Amenor. ubi in §. 14. ita statuitur: Hoc Sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timeatur, dari non debet, qui in his locis ungentus est; in oculis propter visum; in auribus propter auditum; in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel locutionem; in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum; in renibus propter delectationem ibi vigentem. Itaut ad normam ejusdem Ritualis Romani, & Concilii Florentini Unctiones debeant esse tredecim in Viris; undecim autem in mulieribus; vel etiam totidem in Viris, si commode moveri non possit. Alterum notandum est, quòd præteritis sæculis, & nunc etiam in variis regionibus variis est mos ungenti partes corporis infirmi in collatione hujus Sacramenti Extremæ Unctionis. In Germania Religiosi viri nunquam ungentur in renibus, neque in pedibus; & multò minus Montales, Maffius in 4. Sent. d. quest. 6. num. 45. & Gobatus in Theol. Experim. tract. 8. n. 792. ubi subdit, Ritale Constantiæ præcipere, ut in viris religiosis loco pedum unctio fiat in pedore. Apud me extat Sacerdotale Venetum typis impressum anno 1567. in quo in Rubrica de Sacramento Extremæ Unctionis ponitur ordo ungenti infirmum secundum usum Patriarchinum; qui incipit ab unctioe capitis ita dicens: Ungo caput tuum oleo Sanctificato, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut rores multius uncti, preparatus ad laudam non possit aëras superare cæteratas. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Deinde persequitur unctio-nem oculorum, aurium, narium, & labiorum; postea pectoris, & scapularum sub hac forma: Ungo pectus tuam oleo Sancto, ut hæc unctio protectus fortiter stare valeas adversus aëras cæteratas. In nomine Patris, &c. Et sic hæc unctio olei Sanctificati ad purificationem mentis, & corporis. Per Christum &c. Postea ungento scapulas subdit: Ungo has scapulas, sive in medio scapularum. In nomine Patris &c. ut ex omni parte spiritali protectione manus valeas diabolici impetus virilitate continere, ac procul velis eos robore superni juvaminis repellere. Per Christum, &c. Tandem transit ad unctio-nem manuum, & pedum. Usus autem per vetustis Venetiarum videbat etiam in aliis Provinciis, nam Hugo Menardus in notis ad Sacramentarium S. Gregorii Magni de Sacram. Extr. Unct. refert alios antiquos Codices, in quibus quarundam aliarum partium unctio præscribitur, præcipuè Codicem Abbatis Rotaldi, in quo unctio quinque sensuum adjunctur Unctio colli, pectoris, & scapularum; item Pontificale vetus Anglicanum, in quo ultra prædictas unctioes colli, scapularum, & pectoris, etiam umbilici, seu loci, ubi plus dolor immineat, unctio præfigitur: prout alium Codicem S. Remigii Remensis mandantem in administratione hujus Sacramenti perungi quoque utraq; tempora ægrotantis oleo sanctificato; & notat Ivenin in Commentar. Historie. Dogmat. de Sacram. tom. 2. Dissert. 7. quest. 3. c. 2. Sed nec sub silentio præterenda est consuetudo Græcorum, qui dum conferunt hoc Sacramentum Extremæ Unctionis inungunt Frontem, Mentum, & utraq; genus infirmi, deinde pectus, manus, & pedes; ut testatur Arcudius lib. 5. de Extrem. Unct. cap. 7. his verbis: Græcorum vero Sacerdotes unguunt ægri frontem, mentum, ambas genas, itaut fieri videatur unctio in capite ad modum Crucis, deinde pectus, tum manus, itaq; ex utraque parte, postremo pedes. Hoc idem scribit ex Auctoribus Græcis Simeon Theofalonicensis in lib. de Sacram. cuius verba ponit Iplemet Ivenin d. q. 3. cap. 2. & noviss.

novissime notat doctissimus Maffius in 4. Sent. d. disp. 6. num. 50.

Hic ita prænatis pro resolutione primæ difficultatis requiritis, quot Unctiones sint de essentia hujus Sacramenti? Quinque reperiuntur opiniones:

7 Prima est, necessarias esse illas omnes Unctiones, quas exprimit Concilium Florentinum, & Bulla Eugenii IV. in §. 4. supra relatas; & repetitas in Rituali Romano; tum quia Concilium Florentinum ponit eas omnes tamquam materiam proximam Extremæ Unctionis; tum quia nullam aliam diversam consuetudinem ungenti excipit; sed universaliter loquitur; tum etiam quia pro illis omnibus manifesta ratio concurret; tres enim sunt potentia, ex quibus oriuntur in nobis peccata, scilicet sensitiva, generativa, & motiva secundum locum. Igitur ungenti datur ad abstergendas reliquias peccatorum, est applicandum iis corporis partibus, in quibus residet radix peccatorum, nempe in prædictis quinque sensibus; à quibus omnis malitia transit in cor hominis; cùm nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Hinc ait Jeremias cap. 9. Vers. 21. Ascendit mors per fenestras nostras, id est per sensus mors peccati intrat in animam, ut ex auctoritate SS. Ambrosii, Gregorii, & Bernardi notat ibidem Tiritius, & hanc opinionem tenent omnes Thomistæ, quos cumulat Maffius d. disp. 6. num. 46. asserentes, quod si æger moriatur ante completam quintam unctionem, Sacramentum remaneat invalidum, & ex eo nullum consequatur effectum. Idem novissime docet Gonetus tom. 5. traç. 6. disp. 1. de Extr. unctio. num. 30. & seqq. addens, quod in Ecclesia Mechliniensi, in Synodo anni 1680. correctum fuit ejus Ritale, in quo docebatur, tempore pestis sufficere unctionem unius solius sensus, dummodo unica vice diceretur, indulgeat tibi Dominus quidquid per omnes sensus deliquisti. Tertia opinio tenet, necessarias quidem esse prædictas quinque unctiones, non autem repetitionem verborum Indulgeat &c. ad singulas earum; sed in periculo mortis, posse celesiter innungi unumquemque sensum, & semel dicere, Per istas Sanctas unctioes, &c. suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, Auditum, Olfactum, Gustum, & Tactum deliquisti. Ita Doctores plurimi, quos cumulat, & laudat Diana Coordinatus tom. 2. traç. 4. resol. 8. & resol. 10. quarum prima est in part. 5. traç. 3. resol. 90. altera verò in part. 3. traç. 4. resol. 167. Quarta est opinio, quod in periculo mortis sufficiat unica unctio in quacunque corporis parte fiat; itaut de essentia Sacramenti non sint ungenti sensus; dummodo tamen proferatur, forma auctentica expressiva quinque sensuum. Ratio hujus opinionis est, quia ex verbis Apostoli Jacobi Unctioes sunt quæ denotatur necessitas nisi unius Unctionis; sicut ex verbis Domini Baptizantes eos, una sola ablutio innuitur. Hinc in pluribus Provinciis prævaluit usus varius ungenti infirmos in diversis corporis partibus, potissimum in Ecclesia Orientali, in qua, ut notatum est supra, unctio fit in facie. Ac etiam

quia Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 1. nullum expressit Unctionum numerum pro materia proxima hujus Sacramenti; Florentinum autem Concilium, esse assignaverit unctioes quinque sensuum, ac illas renum, & pedum; videtur locutum de eis juxta magis universalem usum Ecclesie, non ex necessitate Sacramenti; nam Rituali Romano illa renum sensu DD. & ex Rituali Romano illa renum sæpè omittitur; idè non est major ratio de aliis, quin & ipsæ aliquando omitti possint. Ita sentiunt Silvius, Chapeavilla, Becanus, Pontius, Hiqueus, & alii, quos numerat Maffius d. disp. 6. num. 49. Quinta, & ultima opinio asserit, omnes, & singulas unctioes in Rituali Romano præscriptas esse de essentia hujus Sacramenti, quando omnes fieri possunt: At si mors superveniat, sufficiant illæ, quæ factæ sunt, licet una sola facta. Ratio est, quia cùm hoc Sacramentum sit institutum pro existentibus in extremo vitæ, voluit Deus, si tempus non superfit pro omnibus unctioibus, quod illæ solæ Unctioes sufficiant ad ejusdem Sacramenti validitatem, quæ jam factæ sunt; hoc enim convenit pietati Dei, volentis morientium necessitati consulere. Ita Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 11. art. 4. in suo, & art. 13.

Has quinque opiniones refert, & examinat tam pro, quam contra Maffius in 4. Sent. cit. disp. 6. quest. 3. art. 1. à num. 44. usque ad num. 53. & in sua Theologia Morali cit. disp. 22. à num. 35. & seqq. & post maturam discussionem rationum, quibus earundem Auctores innituntur, concludit his verbis: Ex dictis sequitur, primam, & ultimam opinionem nullam prorsus habere probabilitatem. Secundam verò esse omnium tutissimam, & in praxi saltem sub præcepto servandam, quando nulla gravis urget necessitas, quod evidenter probat universalis Ecclesie praxis. Tertia etiam est valde probabilis, & in morbis contagiosis tuta conscientia in praxi servari potest, tum ob rationem, in qua fundatur, tum ob auctoritatem Doctorum eam sequentium. Quarta tandem opinio etiam sua probabilitate non caret eadem de causa; unò si peste grassante timeatur ex unctioe omnium sensuum contrahi contagium, poterit Minister juxta hanc sententiam, tuta conscientia, unum tantum organum magis obviu, & expositum ungeri sub unica forma omnes sensus exprimente, ut tempore pestis servari in Belgio, & in Austria refert Amicus disp. 19. sect. 4. Cui ego addo Dianam Coordinatum tom. 2. traç. 4. resol. 10. nec non tom. 3. traç. 1. resol. 60. & Gobatum d. traç. 8. de Extrem. Unct. num. 795. idem asserentes.

De duobus tamen hic studiosus lector admonitus esse debet: Unum est, quod supradictæ opiniones circa varietatem, & diversitatem numeri Unctionum, ad praxim reduci non debent, nisi in casu urgentis necessitatis, & imminetis mortis infirmi, vel sævæ pestilentia, itaut non possit Sacerdos, vel ex defectu temporis, vel ex evidenti periculo contagii innungere ægrotum in omnibus sensibus, ac partibus in Rituali Romano præscriptis. Siquidem ubi commodè omnes unctioes peragere potest, tenetur eas omnes perficere sub pena peccati mortalis; ea ratione, quia Ritus, quos Romana Ecclesia præscribit in administratione Sacramentorum, sunt omnino servandi, tamquam ab Apostolis recepti, & ab Apostolica traditione emanati. cap. Si quis omnes 1. q. 7. Hinc contra audentes spernere eisdem Sacros Ritus Concilium Tridentinum sess. 7. de Sacram. can. 13. ita pronuntiavit: Si quis dixerit receptos, & approbatos Ecclesie Ritus in solemnitate Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contempni, aut sine peccato à ministris prohiberi omitti, aut in novis aliis per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, Anathema sit. Quare piè,

re piè, ac rectè subdit Eminent. Cardin. de Lauræa d. disp. 11. num. 47. Ergo multiplicem Unctionem non servari in hoc ministerio, facit contra Ecclesie solennem Ritus, ac præceptum, & consequenter peccat. Alterum, de quo admonetur lector est; quod licet non sit amplius amplectenda opinio probabilis, probabiliori relicta, ubi agitur de materia, aut de forma Sacramentorum, cùm afferere contrarium sit opinio prima damnata ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. nihilominus hæc damnatio procedit ubi Minister habet modum, & tempus eligendi, & præstandi materiam, & formam magis tutam, ac magis probabilem: at ubi ex defectu temporis, vel modi non potest adhibere nisi materiam, aut formam minus tutam, & ex doctrina Theologorum probabilem tantum, non est prohibitum conferre Sacramentum in casu necessitatis sub conditione, saltem mente retenta, si ipsa materia, aut forma sit sufficiens; ut concedit Cardenas in Cris. Theologica Dissert. 2. cap. 7. num. 497. ubi loquens de materia proxima hujus Sacramenti Extremæ Unctionis, & de numero Unctionum, ait: Hinc inferitur, quod prima opinio (ut scilicet sufficiat unica Unctio) quamvis in speculatione sit probabilis, in praxi tamen subjacet huic damnationi; quia est opinio minus tuta, & versatur circa valorem Sacramenti; exponitque illud periculo frustrationis. Cum hoc tamen fiat, (notetur) quod si moribundus jam jam aditurus animam non potest recipere omnes quinque Unctioes, posse ei ministrari unice Unctio; itaut forma mentione faciat omnium quinque sensuum; quia quando non est medium certum, usurpandum est medium probabile in casu necessitatis; Idem docet Eminent. Cardin. de Lauræa d. disp. 11. art. 13. per totum, & novissime Thyrus Gonzalez in Fundam. Theol. Mor. Dissert. 10. num. 19. Et hæc de prima difficultate.

Secunda difficultas est: An hoc Sacramentum Extremæ Unctionis, dum administratur uni infirmo, sit Unum numero? Et quomodo possit dici Unum numero; cùm omnis Unctio habeat suam specificam formam, & quando pluries applicatur materia proxima cum sua forma, plura consueunt Sacramenta? Respondent Scholasticæ, absque dubio hoc Sacramentum, dum uni ægrotanti exhibetur esse Unum numero; ea ratione, quia illæ plures unctioes, ac plures formæ ordinantur ad obtinendum unum effectum completum. Quomodo autem hoc Sacramentum dici possit Unum numero? duæ sunt opiniones. Prima dicit, esse Unum unitate indivisionis, seu indivisibilitatis; nam effectus hujus Sacramenti, nempe gratia non confertur divisim, & per partes, sed indivisibiliter, & tota simul in ultima Unctioe. Hæc opinio probatur ratione, & exemplo. Ratio est, quia hoc Sacramentum ultra effectum suum ordinarij remittendi venialia potest extraordinarij remittere etiam mortalia, si quæ infirmus habereet inculpabiliter oblita. At remissio venialium non datur, nisi simul remittantur mortalia. Igitur Sacramentum Extremæ Unctionis est unum unitate indivisibilitatis, quia indivisibiliter, & unico instanti confert gratiam sanctificantem, aut est præcipuus ejus effectus, in ultima Unctioe. Quæ etiam Auctores hujus opinionis exemplum illud; Si in baptismo effectus de ejus essentia triplex immerso in aqua, prima, & secunda immerso non esset Sacramentum, quia istud perficeretur completè in tertia tantum immersione. Itaque idem dicendum est de Extrema Unctioe, in qua indivisim completur Sacramentum in Unctioe Ultima. Ita respondet Aversa quest. unic. de Extrem. Unct. & Caspensis traç. 27. disp. 4. sect. 1. quibus adhæret Eminent. Cardin. de Lauræa d. disp. 11. art. 16. §. 6. Altera opinio dicit hoc Sacramentum esse Unum numero, non unitate indi-

visibilitatis, sed unitate integritatis; quia singulæ Unctioes producant suum partialem effectum, & dant aliquem gradum gratiæ remittentis tum culpam, tum penam peccatorum venialium commissorum per illum sensum, qui innungitur; in ultima autem unctioe obtinetur integer effectus Sacramenti; id est ultima portio gratiæ, quæ complet ipsam Sacramentum. Hoc patitur probante ratione, & exemplo. Ratio est, quia si quilibet unctio non produceret aliquem gradum gratiæ deest forma venialium sensus innunti, frustra esset forma, quæ in qualibet Unctioe profertur. Igitur ad quamlibet Unctioem, & prolationem formæ desentur peccata venialia contra facta pro illud organum, quod ungitur; & conceditur una portio, & unus gradus gratiæ; non enim implicat, quod remittatur una pars venialium, remanentibus aliis deinde remittendis. Exemplum est de Eucharistia, quam sumit Sacerdos sub utraque specie; nam in sumptione speciei panis datur una pars gratiæ; & alia pars in sumptione speciei Vini. Neque implicat, si fit mortalia inculpabiliter oblita, hæc enim si cadant sub sensu innuncto, remittuntur statim virtute Sacramenti; si sub sensibus innungendis, desentur in prima unctioe concomitantè ratione gratiæ, quæ in ipsa obtinetur. Ita tenent Almainus, Pontius, Hiqueus, & alii, quos sequitur Maffius in 4. d. disp. 6. quest. 3. art. 2. & in sua Theologia Morali disp. 22. q. 3. art. 2. Eligat studiosus, quem ex his opinionibus mavult; sunt enim merè speculativæ; & utraque probabilis. Sed utrum omnes Unctioes fieri debeant statim Unam post aliam, vel aliqua mora, aut quantum tempus possit fluere inter amum, & alteram? disputare omitto; etenim de hoc quæsitio est in Decisionibus de Sacramentis in genere Decis. VII. ad quam lector recurat.

Tertia difficultas est: An ad essentiam hujus Sacramenti requiratur, ut à Sacerdote Unctioes fiant sub signo Crucis? Pro responsione sunt ea recollenda, quæ scripsimus de Sacrificio Missæ Decis. 42. à num. 23. & seqq. ubi probavimus, nullas esse benedictiones Ecclesiasticas, quæ abique signo Sanctæ Crucis fiant; ex Quarto in tractatu de Benedictionibus 1. sect. 3. dub. 1. & seqq. & ex Casaldo in Praxi Canonum lib. 2. sect. 11. cap. 1. num. 4. Siquidem ritus, & mos adhibendi signum Crucis in Sacramentis, & Sacramentalibus emanavit à Christo, & ex Apostolica traditione à primordio Ecclesie est in eam introductus, ac semper servatus. cap. Ecclesiasticarum 11. disp. ut testantur S. Basilus libro de Spiritu Sancto cap. 27. & S. Leo Papa Sermon. 8. de Passione, & probant Salmeron tom. 9. traç. 12. atque Barradas in Evangel. tom. 4. lib. 2. cap. 2. col. 6. præter alios, quos allegat Suarez in 3. part. d. Thoma tom. 2. disp. 21. sect. 2. & Menochius in Hist. Ad. Apostolor. lib. 1. cap. 1. numer. 6. Igitur sicut cætera Sacramenta signo Crucis perficiuntur, cap. Numquid. De Consecr. dist. 5. Eminentiss. Cardin. de Lauræa in tom. de Incarnat. Verbi disp. 29. num. 164. ita Unctioes, quæ sunt Sacramenti Extremæ Unctionis materia proxima, cum signo Crucis, & in signum Crucis sunt faciendæ; juxta S. Augustinum traç. 118. in Joann. quem refert Eminent. Cardin. Bona Rerum Liturgicar. lib. 1. cap. 25. num. 8. ubi ait: Quid est signum Christi, nisi Crux Christi? quod signum nisi adhibeatur sed frontibus credentium, sed ipsi aque ex qua regenerantur, sed oleo, quo Christianitate unguuntur, sed sacrificio, quo hujus Sacramenti proprium est depremere vires diaboli, ne suis tentationibus ægrotantem in ultimo mortis conflictu debellet: ac diabolum terret, & debilitatur Signo Sanctæ Crucis. Glossa in cap. Postea signatur. 63. De Consecr. dist. 4. ubi refert, de quodam Judæo, cui diabolus non potuit nocere,

nostra in sua operatione pendet à potentia organica. Hinc Dicaſtilus de Sacrament. tom. 1. traſſ. 7. diſp. 1. dub. 3. num. 51. relatus à Diana part. 10. traſſ. 16. reſol. 81. quæ in Coordinato eſt tom. 2. traſſ. 4. reſol. 1. aſſertit huiusmodi egrotos non eſſe ungentos in ſenſibus, vel in parte vicina ſenſum, quos non haberunt, ſubdens hanc rationem: Qui enim nunquam habuit oculos, nunquam peccavit per oculos; nec concuſſentia videndi, ſi peccatum fuit, fuit peccatum oculorum. Unctio autem in alia parte omnino diſtincta, non ſignificat remiſſionem peccati commiſſi per eam partem, que non exiſtit, nec unquam exiſtit; nec commiſſi per concuſſentiam operandi per talem partem, aut ſenſum, qui nunquam fuit.

Nihilominus reſolutio difficultatis eſt, quòd prædicti egroti quamvis ab infantia, aut à nativitate cæci, ſurdi, muti, brachiis, vel manibus truncati, ſunt ungenti Oleo Sancto in partibus proximioribus organo, quod non habent; tum ex præcepto Eccleſiæ; quia Rituale Romanum in Rubrica de Sacrament. Extrem. Unctio. ait in fine: Si quis autem ſit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima ungetur eadem verborum forma: tum ex communi opinione, & doctrina Theologorum ita aſſerentium, quos citat, ac ſequitur Diana part. 3. traſſ. 6. reſol. 11. translata in Coordinatum d. tom. 2. traſſ. 4. reſol. 48. quibus ego addo S. Thomam in Supplement. 3. p. q. 32. art. 7. S. Bonaventuram in 4. diſt. 23. part. 2. q. 3. Suarez in 3. p. tom. 4. diſp. 42. ſect. 3. num. 4. Gonetum tom. 5. traſſ. 6. diſp. 3. num. 8. Salmanticenſes de Extrem. Unctio. traſſ. 7. cap. 2. à num. 23. & ſeqq. nec non Emin. Card. de Lauræa de eodem Sacram. diſp. 11. n. 186. Ad objectionem autem, quomodo verificentur in his egrotis verba formæ, Indulget tibi Dominus quicquid per viſum, auditum, tactum &c. deliquiſti, ſi nunquam viderunt, audiverunt, tetigerunt? reſpondet dupliciter: uno modo, quòd prædicta verba intelliguntur conditionaliter, id eſt, ſi quid per viſum, auditum, tactum &c. deliquiſti: altero modo; quòd licet homo carens viſu, vel alio ſenſu non poſſit peccare mediante organo illius ſenſus, quem non habet; nihilominus peccare poſſet per potentias internas, quas habet in anima: quandoquidem (ut ſupra notatum eſt) Anima rationalis dupliciter operatur, vel per organa corporalia, vel per potentias non organicas internas, quarum ipſa anima eſt ſubjectum Quod; ut explicat D. Thomas 1. part. q. 77. art. 5. & declarat Complutenſes d. lib. 1. & 2. de Anima queſt. 3. ſ. 1. & 2. diſp. 6. Igitur eſt cæcus non videat organo oculorum; inſeritis tamen animam cupit videre, & ex illo deſiderio, ſi immoderatum, vel inordinatum ſit, poſſet delinquere. Agnovi puellam nobilem cæcam

ab infantia, quæ impensè delectabatur vitis cæcæneis, & purpureis, ac iſdem tum caput, tum humeros, ac brachia ſua ornat; utique non alia de cauſa, niſi quia à puellis aliis audiebat, colorem cocæneum, ac purpureum eſſe cæteris pulchriorem. Quamvis itaque cæcus non iudicat de colore; ex nimio deſiderio, & affectu ad illum, poſſet dari culpa venialis, delenda per Sacramentum Extremæ Unctionis etiam in cæcis à nativitate; idemque dici poſſet circa inordinata deſideria audiendi, loquendi, & tangendi in hominibus, qui hos ſenſus externos non habent.

Alterà difficultas eſt, An in adminiſtrando hoc Sacramentum, & in ſenſibus ungentis ſervandus ſit ordo in Rituali Romano præſcriptus; videlicet, ut primùm tangantur oculi, deinde aures, poſtea nares, ſubinde os, manus, pedes, & renes? Omnes Theologi ad hanc difficultatem reſpondent, de neceſſitate Sacramenti non eſſe talem ordinem ſervandum; ſed utique de præcepto Eccleſiæ. Idcirco

ed ſi Sacerdos dans Oleum Sanctum infirmo perverteret ſupradictum ordinem, validè conferret Sacramentum; ſed ſi abſque gravi, & urgenti cauſa pro ſuo arbitrio ſenſus ungeret, graviter peccaret, quia Ritus à Romana Eccleſia præſcripti in adminiſtratione Sacramentorum ſunt à quocumque ſervandi, ut ſupranotatum eſt, & advertit Emin. Card. de Lauræa d. diſp. 11. num. 181. Salmanticenſes diſt. traſſ. 7. cap. 2. num. 21. & Maſtrius in 4. ſentent. diſp. 6. num. 43. ubi hæc ſcribit: Quæ tamen à Theologis non ideo dicuntur, & conceduntur, ut poſſum abſque ulla neceſſitate ea in praxi redigi licet: nam ſi nulla occurrat neceſſitas, debet Unctio fieri eo ritu, & cum omnibus illis circumſtantis, quas Eccleſia præſcribit. Et aliæ pro qualitate tranſgreſſionis eſſet mortalis culpa. Solum ergo per hoc Theologi ſignificare intendunt, quòd quamvis ex præcepto Eccleſiæ iſta fieri, & ſervari debeant, nec proinde nulla urgente neceſſitate ſine peccato omitti poſſint, non ſunt tamen de eſſentia huius Sacramenti, nec ad eius validitatem requiruntur. Igitur abſque urgentiſſima cauſa (quæ raro accidere poſſet) non eſt pervertendus ordo in ungentis ſenſibus infirmi; ſed ipſa unctio eſt faciendæ de ſenſu in ſenſum juxta ordinem Ritualis Romani.

Ultima difficultas eſt, an liceat ungere infirmum in adminiſtranda ei Unctione Extrema non pollice inſinſto oleo ſancto, ſed aliqua virgula oblonga in eodem ſancto oleo inſinſta, vel goſſipio ipſi alligato? Reſpondent omnes Doctores tempore peſtis licere uti prædicta virgula ad eſſugendum periculum contagii; ſecus autem extra tempus peſtis, & extra periculum contagii. Ita Sylvius, Marchinus, Mancinus, Barboſa, & alii, quos citat, & ſequitur Diana Coordinatus d. tom. 2. traſſ. 4. reſol. 34. & 35. quorum prima eſt in Diana antiquo part. 3. traſſ. 4. reſol. 166. Secunda vero in part. 5. traſſ. 3. reſol. 79. Concordant Salmanticenſes d. traſſ. 7. De Extrem. unctio. cap. 7. num. 15. Et ita eſt omnino obſervandum; quia ubi non eſt periculum peſtilentiæ unctioes Rituali Romano, cuius Rubrica immediate ante primam unctioem Oculorum ita loquitur: Deinde inſinſto pollice in Oleo Sancto, in medium Crucis inungit infirmum in partibus hic ſubſcriptis. Quòd autem hæc Rubrica habeat vim præcepti diximus ſupra Decis. 66. num. 19. ex DD. ibi citatis. Utrum autem tempore peſtis Parochus obligatus ſit adminiſtrare hoc Sacramentum Extremæ Unctionis peſtiferatis? dicemus infra Decis. 71. & ſcripſimus de Ven. Euchar. Sacram. Decis. 61. num. 27. & 28. ubi etiam retulimus Theologos aſſerentes itidem peſte infectis poſſe dari Sacram. Euchariſtiam cum cochleari argenteo, vel in pagina munda ſtatum comburenda; prout Extremam Unctioem cum virgula oblonga, ut præter ſupradictos à Diana docent etiam Naldus Verb. Sacramentum. num. 7. in fin. & Biſſus in Hierurg. Sacra Verb. Miniſter Sacramentorum. num. 171. ſ. 34. Quòd verò diximus in diſt. Decis. 61. num. 28. ſupradictas DD. opiniones fuiſſe damnatas à S. Carolo in diſt. Mediolanen. De Cura peſilent. cap. 15. num. 2. ut teſtatur Gavantus Verb. Peſtis num. 6. in Manuali, intelligendum eſt de porrigenda Sacra Euchariſtia cum cochleari, vel cum pagina, ob irreverentiam erga tantum Sacramentum; non autem de Unctione infirmi cum oleo Sancto; cui cum nulla indecentia reſultet, conſeſum eſt ab omnibus DD. ut cum virgula poſſit miniſtrari, ad eſſugendum periculum contrahendæ peſtis in Sacerdote ex contactu ſenſum agroti peſtiferati. Quæ autem ſint ſigna ad cognoscendam peſtem eruditè declarat Zacchias in Q. Medicolegal. tom. 1. libr. 3. tit. 3. q. 3. quem curioſum Lectorem percurrere non pigeat; ibi enim & inſtructiones, & eruditiones plures reperiet, de quibus, & de aliis tem-

tempus peſtis tangentibus dicemus infra Decis. LXXIII.

DECISIO LXVIII.

ARGUMENTUM.

Traditur Forma huius Sacramenti Extremæ Unctionis, & diſputatur, An ad valorem Sacramenti debeat eſſe deprecatoria? vel ſufficiat Indicativa, aut Imperativa? Argumenta pro utraque opinione, quarum tumor, quòd debeat eſſe deprecatoria. Formæ Ambroſiana, Veneta, & aliæ huiusmodi pervertuntur, eſſe videntur indicativæ, probatur eas fuiſſe deprecativas. Quæ verba in forma Extremæ Unctionis ſint de eſſentia Sacramenti? Curioſi caſus de duobus Presbyteris ignorantibus verba Extremæ Unctionis, & abſolutionis Sacramentalis.

SUMMARIUM.

- 1 Forma Sacramenti Extremæ Unctionis quænam ſit?
- 2 Deprecatoria an eſſe debeat? vel ſufficiat indicativa? & num. 7.
- 3 Baſiſmi forma, ac Confirmationis eſt indicativa.
- 4 Oratio requirit attentionem internam ad Deum.
- 5 Forma Sacramentorum debet inſalubriter cauſare eorum eſſectus.
- 6 Ambroſiana, ac Veneta forma antiqua in Extremæ Unctionis Sacramento.
- 7 Formæ deprecatorie rationes, & congruentiæ.
- 8 Formæ Ritualis Romani de Extrema Unctione antiquiſſimæ.
- 9 Geneticum quid ſit?
- 10 Græcorum forma ſe in Sacramento Extremæ Unctionis.
- 11 Argumentum de forma unius Sacramenti ad alterius formam non valet.
- 12 Orationis in Extrema Unctione eſſicacia non eſt ex opere operantis, ſed ex opere operato.
- 13 Deprecatoria Forma in Extrema Unctione habet eſſectum inſalubrem ex Dei promiſſione.
- 14 Forma Ambroſiana, Veneta, & conſimiles antiquæ in Extrema Unctione erant deprecatorie, non indicative. Et quomodo?
- 15 Oratio ad Deum, ut plurimum dirigitur indicativa, vel imperativa modo.
- 16 Ut, eſt particula optativi modi, ſignificans Ultimam.
- 17 Verba Formæ Extremæ Unctionis poſita à Rituali Romano ſunt omnia de Precepto.
- 18 Triva verò tantum de eſſentia. Et que.
- 19 Dereliquiſti Verbum in forma Extremæ Unctionis an æquivaleret Deliquiſti?
- 20 Tormentum gratiæ pro augmentum gratiæ in abſolutione Sacramentali prolatum a Confeſſario ignorante.

Post explicatam materiam remotam, ac proxima Sacramenti Extremæ Unctionis, opus eſt ejusdem Formam ponere, ac declarare. Hæc autem conſiſtit in his verbis, que proferuntur à Sacerdote, dum Oleo Sancto ungit ſenſus corporis infirmi, videlicet: Per iſtam Sanctam Unctionem, & ſuam piſſimam miſericordiam indulget tibi Dominus quicquid per viſum &c. deliquiſti. Sic repetendum in unctioe aliorum ſenſum, pedum, ac renum; ut traditum eſt à Concilio Florentino in Decreto Eugenii IV. à Tridentino ſeſſ. 14. de Extrem. Unctio. cap. 1. Et præcipitur in Rituali Romano à Paulo V. in Rubr. de Extrem. Unctio. Porro circa hanc Formam duæ ſunt difficultates,

quæ inter Theologos agitantur. Una eſt, an hæc Forma ad ſui validitatem, debeat neceſſario eſſe deprecatoria? vel ſufficiat etiam indicativa? quod eſt quæſerere, an proſus debeat proferri per modum orationis, & deprecationis ad Deum? Vel poſſit pronuntiarì etiam per modum poteſtatis, & auctoritatis ab ipſo Miniſtro, & ſic indicativo modo? In hac difficultate pluriſimi ex DD. antiquis opinati ſunt, eſſe formam ſufficientem eſſe indicativo modo pronuntiatam.

Primò, quia ex ſimilibus verbis Scripturæ Sacræ collegit Eccleſia formam baptiſmi, ac formam Extremæ Unctionis; illius ſcilicet ex verbis Matt. 28. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas &c. Iſtus autem ex verbis Jac. 5. 14. Infirmatur quis in vobis &c. Ungentes eum oleo in nomine Domini. Sed forma baptiſmi proferitur indicativo modo: Ego te baptizo &c. Igitur etiam forma Extremæ Unctionis eodem modo poſſet pronuntiarì, videlicet dicendo, Ego te ungo Oleo Sancto &c. Confirmatur; quia in Sacramento Confirmationis Miniſter proferit Verba formæ auctoritativæ, & indicativæ, Signo te ſigno Crucis, & Confirmando te Chriſmate ſalutis. Idemque facit Sacerdos in Penitentia Sacramento, dum dicit: Ego abſolvo te à peccatis tuis.

Secundò, ſi hæc forma de neceſſitate eſſe debeat deprecatoria, & per viam orationis prolata, ſubjaceret nullitati, ac invaliditati toties, quoties in ea deſiceret aliquid ex his, que ſunt de eſſentia orationis, nempe attentio interna Sacerdotis ad Deum, S. Thom. 2. 2. q. 83. art. 13. ubi allegat didum Apoſtoli Pauli 1. Cor. 14. Si orem lingua, mens mea ſine fructu eſt. Ergo, ne Sacramento ſubjaceat nullitati, ſi conſeratur à Sacerdote cum mente diſtracta, & ſine attentione interna, dicendum videtur, Formam indicativam ſufficere.

Tertiò facit, quia Forma Sacramenti debet de neceſſitate cauſare inſalubriter eſſectum ipſius Sacramenti ex divina promiſſione in eo, qui non ponit obicem. Sed forma deprecatoria non videtur cauſare prædictum eſſectum inſalubriter; quia facit eum pendere ex libero duntaxat Dei beneplacito. Ergo tantò magis forma indicativa, & per modum auctoritatis prolata cenſenda eſt ſufficiens, quantò minus deprecatoria poſſet eſſe apta ad eſſectum Sacramenti inſalubriter producendum.

Quartò urget, quia antiquiſſimis temporibus forma indicativa erat in uſu in diverſis Diœceſibus. Siquidem tempore Divi Ambroſii ſub hac forma dabatur hoc Sacramentum Extremæ Unctionis: Ungo te Oleo Sanctificato. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more militis uncti preparatus ad certamen, aereas poſſis ſuperare poteſtates, prout reſertur S. Bonaventura, Durandus, Argentinas, & alii Scholaſtici in 4. ſent. diſt. 23. In libro Sacramentorum S. Gregorii Magni hæc traditur forma: Inungo te Oleo Sancto, ſicut unxit ſamuel in Regem, & Prophetam. Operare creatura Olei in nomine Dei Patris Omnipotentis, ut non lateat hic Spiritus immundus, neque in membris tuis, neque in medullis, neque in ulla compagine membrorum; ſed in te habitet virtus Chriſti Altiffimi, & Spiritus Sancti. Eandem formam haberi in antiquo Codice manuſcripto Halitgarrii, qui florebat temporibus Ludovici Pii Imperatoris, anno ſcilicet 814. notat Serrarius relatus ab Arcudio lib. 5. de Concord. Eccleſ. Orient. cum Occid. cap. 5. In libro Sacerdotali Veneto antiquiſſimo, (quo, qui apud me eſt, & quem paucis ſolidis emiſi ſuper flores, non multum tempus fluxit) hæc ſunt formæ ad unctioes ſenſum infirmi: Ungo oculos tuos oleo Sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; ut quicquid de illicito viſu deliquiſti, huius olei unctioe expietur. Ungo bas aures Sacra Olei liquore, In nomine Patris &c. ut quicquid delatatio.